Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



182.

Et accepit uxorem no
mine susanna filia
helchie pulchra nimis
et timens deum. Pa
rentes eius iusti erant
instruxerunt filiam
suam secundum legem moy
si. Erat autem ioachim
diues valde: et erat ei
pomerium uicinum do
mui sue. Et ad ipsum
confluebant iudei eo
quod esset honoratior omni
bus. Et constituti sunt
duo seniores iudices in
anno illo: de quibus
locutus est dominus: quia
egressa est iniquitas
de babilone a senio
ribus iudicibus qui uidebant
regere plebem. Iste fre
quentabant domum
ioachim et ueniebant
ad eos omnis qui habe
bant iudicia. Cum au
tem populus recessisset post
meridiem: ingredie
batur susanna: et de
ambulabat in pome
rio uiri sui. Et uide
bant eam seniores quot
idie ingredientem et
deambulantem: et ex
arserunt in concupiscen
tia eius. Et euerterunt
sensum suum: et declina
uerunt oculos suos ne
iudicarent deum
ne iustorum. Factum est autem
observarent diem ap
tum quando eam inue
nire possent solam:
ingressa est aliquando